



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

§. Tertius. Summarium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](#)

latis, partim à nobis dicta quæstione 45. & passim in discursu stius tractatus.  
 (35) Nonnulli etiam impunitatem obtinere sperantes excessus committere non ve- 17  
 rentur. Spe enim venie peccantes fortius delinquunt quara alli, unde faceta Scrip-  
 tura, inquit, maledictus homo qui peccat in spe. Facilitasque venie incentiveum  
 trahit delinquendi, 35. queſt. 4. cap. est inuicta. Et caput Clericorum de vita & honest.  
 Cler. Paulus Lancell. Inſtit. Canon. libr. 2. de immunit. Eccles. §. bie autem in gloss. verb.  
 sperante.

(36) Quos niſi per Exemptionem qua gaudent, crederent ſe defendi nullatenus  
 fuſſent commiſſuri, utrum delinqiens ſpe impunitatis conſequenda Exemptione  
 qua gaudent ea juvati poſſit: latè diſcuſſimus lib. 4. de Jurisdictione Ordin. in Exemp- 18  
 tio & contra de Exempt. à Jurisdictione Ord. queſt. 71. per tot. ſignanter num. 41. reſolviſſuſ-  
 qui gaudente. Quia circumſtantia Spei immunitatis non excludit affectantem aut  
 delinquētēm à participatione legis, aut Privilegii. Navarr. de Jubile & Indulgent.  
 notab. 34. numer. 6. terua queſtio. Et Clerici ſpe immunitatis delinquētēs privilegio  
 non privantur, Navarr. ibid. & conf. 36. num. 3. de ſent. excomm. Niſi tamen ſpecialiter  
 diſpoſitum fit, quod ſpe immunitatis delinqiens Exemptione non gaudeat,  
 Navarr. de not. 4. numer. 6.

## §. TERTIUS.

## SUMMARIUM.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Audacia compescenda.   | 5. Connivenzia Prelatorum reprehensa.                      |
| 2. Committentes enorme crimen an Exem-<br>ptionem amittant.                             | 6. Prelatus non eſt de severitate à ſubditis<br>arguendus. |
| 3. Quid sit scandalum.  | 7. Reipub. interefſ delicta non eſſe impu-<br>nata.        |
| 4. Scandali utrandi cauſa multa ſunt ſpe-<br>ciali jure introducta qua hic recenſentur. | 8. Culpa eſt non corrigere.                                |

(37) HINC itaque accedit (38) ut propter eorum audaciam, qui  
 prætextu Exemptionis impunitatem excessum obti-  
 nere confidentes (39) nonnulla multoties committunt  
 enormia (40) per quæ plurimū diffamatur Ecclesia (41) & scandala  
 gravia genantur, (42) potifſime autem cum talia per eos ad quos  
 horum spectat correſtio (43) incorreſta remaneant (44) ſeu illi ad  
 quos ſpectant, illa punire negligunt.

## SCHOLIUM.

## S C H O L I U M .

(37) **H**inc itaque accedit. Proposuit Pontifex causas ob quas Exemptiones tot mala producunt; nunc descendit ad rationes & modos quibus huic malo mederi possit, prius enim est de causa quam de modo inquitendum, hb. i. f. de Except. dol.

(38) **U**t propter eorum audaciam. Legibus & constitutionibus coerceri debet audacia, refrenari appetitus noxious, castigari delinquentum licentia, nocendi facilis. *Fortunatus Garcia, pe ultimo fine urinque juris num. 76. Recē Horatius Odē 24. hb. 3.* damnavit audaciam his versibus;

O quisquis voles impias  
Cedes aut rabies collere civicam  
Si queris Pater urbium  
Subcribi statuis indomitam audeat,  
Refrenare audaciam.

*Et aliis:*  
Nam deteriores orantes sumus audacia, quodcumque incidet in mentem valet,  
Neque id putabit pravum an rectum sit quid perire  
Et ideo nunquam non nimia illa audacia  
Semper evadit in aliquod magnum malum.  
Denique Claudianus.

*Proclivior usus*  
*In pecora datur, suadetque audacia luxum*  
*Illecebrisque effrena faver.*  
Hinc recte scripsit D. Iōdorus in cap. facte sunt dif. 4. Factas esse leges & principum constitutions, ut earum metu humana coercetur audacia, tutaque sit inter improbus innocentia & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia & nocendi facultas, & alibi *eadem dif. 4. cap. 1.* Causa constitutionis legum est humanam coercere audaciam & nocendi facultatem refrenare. Denique Cicero: *pro fratre Rose. amer.* Ostendit audaciam omnium malorum fontem existere, in urbe, (inquit) luxuries creatur, ex luxuria existit avaritia, nec illa est ex avaritia erumpat audacia, unde omnia scelera & maleficia gignuntur.

(39) **N**onnulla malitiae committunt enormia. An enormia crimina committentes Exemptionis privilegium quo ante locebantur amittant? tractatur alibi meo hb. i. de Exempt. que dif. 20. & hb. 4. quae dif. 65. nu. 5. & seqq. ubi etiam succinctim ostenditur quae & qualia crimina confenda sint enormia.

(40) **P**er qua plurimum diffamant Ecclesia. Ecclesiasticorum crimina producuntur cune

eunt tria mala inquit Joannes de Anania *incap significasti*, numer. 3. vers. nota tria mala, de adulterio. Primum aliorum & signanter Laicorum corda scandalisantur. Secundum vituperatur officium & ordo Sacerdotalis. Tertius praestatuerat alius liberius licentia peccandi, iuxta illud quod inquit Dominus in Levitico ad Moysen, Si Sacerdos qui est unicrus peccaverit, facit peccare populum, cap magna post ponit. verba præterea de voto. Unde de D. Constantino Imperatore referrit Nicoporus. Histor. Eccl. lib. 8. cap. 16. Si in Episcopum incideret alienum conjugium violentem, se purgaria non placulum id obiectetur esse, netam sedum faimos spectatoribus occasionem molli crearet.

(4) Et scandalis gravia generantur. Scandalum definitur esse dictum vel factum minus rectum praebens occasionem ruinæ, Felic. cap. nihil num. 2. in fin. de prescript. Navar. de Iustitia Clericorum §. 19. numer. 3. Scandali ratione multa sunt specie jure constituta.

1. Ex non culpa sit culpa; gloss. cap. ex literis, de homicidio.

2. Evitandi scandali cœla toleratur Clericus privandus, Innoc. cap. 1. de Clerico Conjungato.

3. Spoliatus: ate omnia non restituitur, gloss. cap. in primis 2. quæst. 1. & 4. quæst. 1. cap. in iuncto, & in cap. ad petitionem, verb. restituendus de accus. Lancel. de attentatis part. 2. quæst. 18. num. 5.

4. Non habetur ratio pœnae, si quis in tantum C. unde vi. Fel. cap. nihil, num. 3. verf. 7. de prescript.

5. Punitur non Puniendus, Fel. ibidem num. 8.

6. Ratione scandali Episcopus privatus Episcopatu dato æquali cambio, Fel. ubi supra vers. 10. & beneficiatus suo beneficio, late Massilius sing. 683. Abbas cap. quesumus. de rer. permis. Feder. de permis. benef. quæst. 25.

7. Episcopus dispensare non potest cum Clerico deficiente in purgatione, Fel. ubi supra verf. 11.

8. Matrimonium etiam inter habiles & idoneos prohibetur, cap. super eo de cop. spirit.

9. Prohibetur electio ejus, qui nihil deliquerit, Abbas cum glo. cap. consideravimus in fin. de elect.

10. Ratione scandali Papa non dispensat super Matrimonio non legitime contracto, Rom. conf. 307.

11. Inferior à Papa, potest apponere manum causæ ad Papam devolutæ, Abb. & Hof. cap. quæstum de app.

12. Tolerantur inutiles, Fel. d. cap. nihil verf. 16. de prescript.

13. Debet peti absolutio à voto, etiam si reverts non obliget, Abb. cap. magna de voto.

74. Cogit

14. Cogit contrahi matrimonium, *Abb. cap. cum intua de sponsal.*  
 15. Tacens non habetur pro conscientie, *Fel. d. cap. nibil vers. 19.*  
 16. Licet transire ad religionem triuictorem, *Abbas ubi supra vers. 27.*  
 17. Ratione scandali non licet rem meā propriam auctoritate recuperare etiam  
     in casu quo à judge justitiam non expecto, *Fel. ibidem vers. 22.*  
 18. Ratione scandali pena remittitur, *Fel. d. cap. nibil vers. 28.*  
 19. Omissio citationis facta timore scandali tenet, *Fel. ubi supra vers. 29.*  
 20. Potest suspendi executio mandati Apostolici quantumvis penalis, *Fel. ibid.*  
     vers. 30.  
 21. Potest formari inquisitio absque fama praecedente, *Fel. ibid. vers. 31.*  
 22. Potest recedi à forma prescripta à superiori, *Fel. ubi supra vers. 32.*  
 23. Lex injusta qua alioquin in foro conscientie non obligat, tamen ratione  
     scandali potest obligare, *Fel. ubi supra vers. 33.*  
 24. Ecclesia cum subest scandalum, non petit decimas ex terris ex quibus danon  
     consuoverunt, *Fel. ubi supra vers. 33.*  
 25. Veritas ratione scandali quandoque subtiliter, *Fel. d. vers. 33. post med.*  
 26. Ratione scandali Papæ non est obediendum, *Barbatia de prestansia Cardina-*  
     *part. 1. quæst. l. nro. 37. vol. Oce. 14. Hier. Sratius conf. 1. num. 39. vol. 2.*  
 27. Litem cui quis renunciavit, resumere nemo potest: Potest tamen si subi  
     scandalum, *tex. cap. nibil cum scandalio de prescript. Barbatia d. n. 37.*  
 28. Ratione scandali eligibilis sit ineligibilis, promovibilis impromovibilis, *ex.*  
     *Cum teneamus de prob. Barbatia ubi supra.*  
 29. Lex nova corrigit antiquam, nisi subi scandalum, *Barbatia ubi supra.*  
 30. Propter scandalum potest Religiosus omittere habitum (iū ordinis, cap. Dem  
     qui, de vita & honest. Cler. late Antonius Scappo tract. De Birreto Rubeo dando S.R.E.  
     Cardinalibus Reffson 4. num. 20. scripti infra Schol. 149.  
 31. Ratione scandali Exemptiones callati debere late tradit & probat Guillel-  
     mus Durandus de modo & forma Conciliū generalis part. 1. Rub. 4. numer. 71. 73.  
 32. Scandalum operatur ut provisio impeditur & jam facta revocetur, *Srat.*  
     *conf. 1. nro. 64. part. 1.*  
 33. Ratione scandali receditur à communib. Juris regulis, *Srat. d. conf. 1. nro. 39.*  
 34. Remedium attentatorum cessat ratione scandali, *Lancelottus de Averentia*  
     *part. 2. cap. 4. lnum. 13.*  
 35. De timore scandali credendum est superiori. *Srat. conf. 10. nro. 10. part. 1.*  
 36. Scandalum justam dispensandi causam præbet, *Prepositus, cap. licet, num. 8. dif.*  
 45. Antonius Scappus de Birreto Rubeo Cardinatum Regularium Reff. 6. nro. 31. præpollet  
     enim scandalum infamia, *Prepositus ibid. num. 8.*

37. Scan-

37. Scandali evitandi causa permittitur Monacho effecto Canonico, ut possit commedere carnes, *Henricus Boic. in cap. qui Deitatem, num. 10. de statu Monach.*  
*Anton Scappus d. Ref. 9. num. 33.*

38. Ratione scandali veritas juris positivi temperanda est & relaxanda, *Angel. in summa verb scandalum sub num. 3.*

39. Item excommunicandus non debet, ut evitetur scandalum, excommunicari, *gloss. ult. cap. Si quis ordinatus dift. 92. Vincentius Carocius de remedis adversus damno- fui executiones Except. 6. num. 27.*

40. Similiter scandali causa receditur à pena, *I. Si quis in tantam C. unde vi. gloss. can. lator. 2. quæst. 7. Vincent. Caroc. d. except. 6. num. 28.*

41. Principi non est obediendum, quoties vertitur periculum scandali, *D. Tho- mae. 2. quæst. 8. art. Carocius d. num. 28.*

42. Mitigandæ etiam sunt peccata, *Tiraq. de Paenit. temperandi causa 46.*

43. Sequestrari possunt possessiones partibus citatis, imo etiam non citatis, *Vin- cent. Caro. d. loco Except. 132. num. 18. idem in tract. de Sequestris part. 1. quæst. 6. Bald. l. i. §. quies si de officio praefecti urbis.*

44. Papam non potest super scandalo dispensare, *cap. cum teneamus de prebendis, Navarr. cap. Sacerdos num. 130. cum seqq. de paenit. dift. 7.* Nec rescribere cum clausula non obstante scandalo, *Navarr. ibid. num. 131.* talique rescripto obediendum non est, *Abbas d. cap. cum teneamus, Navarr. d. loco.* Et quidem haec tenus dicta sint de caa- dalo pusillorum, non vero Phariseorum, uti alias distinxii Schol. 8. quod semper salva eternæ vita jactura vitandum est, *Abbas cap. Nisi num. 12. de renunt. Grat. cons. 1. num. 39. part. 1.*

(42) Potissimum autem cum talia per eos ad quos horum speat correctio. Gravissime offendere Prælatos, qui subditorum criminis non puniunt, divitias in locis testatur Divus Augustinus, *can. in vitiis 23. quæst. 5. can. nemo dift. 83. can. non putes 23. quæst. 5. can. non omnis, can. non osculatur 5. quæst. 5.* Unde eos non Prælatos esse, sed canes impudicos impropert, *d. can. nemo dift. 83.* Ettam insipientes esse dicit, quam eos, qui cultrum rapere non audent pueri, ne audiant ploratum, nec timent, ne vuloe- ratum audiunt vel extingunt. *d. can. in vitiis 1. & ideo Leo Pontifex, can. inferiorum dift. 86.* testatur inferiorum subditorum culpas ad nullos magis referendas, quam ad prælides negligentesque Prælatos, ii enim multam inquit sepè nurriunt pesti- lentiam, dum auferiorem dissimulante adhibere medicinam, itaque si Prælatus in correctione commisso veniam postulare, inquit valde eleganter D. Augustinus, *can. 6 quando necessitas dift. 86.* neque etiam injuriarum actione tenebitur, *eleg. Emanuel Roderic. Regul. quæst. 10m. 2. quæst. 41. art. 3.* qua de te etiam quadam superius videri poterunt Schol. 32.

- 34      In Confit. Concil. Later. Exemp. à Jurisd. Ordin. moderant.
- (43) *Incorreli remaneant.* Contra id quod Reipub. interest, ne crimina  
7 remaneant impunita, t. ita vulneratus ff. ad l. aquil. l. si longius §. 1. ff. de judic. l. pa-  
omnes C. de defensione.
- (44) *Sen illi, ad quos spectant illa punire, negligunt, de dictione seu notatur,*  
infra Scholto 116. Culpari facientis habet, qui quod potest, negligit emendare,  
Error enim cui non restitutur approbatur, Paul. Lancel. Insti. Canonic. libr. 1. de vita  
C honest. Prelat. §. preterea cavendum ubi & gloss. sex. can. Sis 24. q. 3.

§. Q U A R T U S.

S V M M A R I V M.

1. D. Bernardi Encomium summi Pontificis.
2. Reip. interest crimina ne maneat impunita.
3. Prelati dicuntur medici spiritalles.
4. Correctio Exemptorum penes quos sit.
5. Energia dictioris confessum.
6. Quid si Regulares extra eorum clausura delinquant.
7. Quid si Regulares intra clausura delinquant.
8. Ordinarius incarcerans Regularem Exemptum excommunicatur.
9. Scire qua dicamur.
10. Ordinarius an presumatur scire crimes commissum.
11. Qualis ignorancia excusat ordinarium.
12. Dictio ita quid denotet.
13. Qualis debet esse correctio.
14. Misericordia severitate & severitate & misericordia temperanda.
15. Quid si punitio non fuerit congrua.

(45) **N**Os volentes (46) ne ex eo prætextu delicta remaneant impunita (47) morbo ejusmodi necessariam adhibere medelam (48) sacro approbante Concilio (49) Statuimus (50) ut de cetero (51) illi, quibus Exemptorum correctio & punitio à dicta sede demandata est (52) circa illam vigilanter intendant (53) & diligenter officii sibi commissi debitum exequantur, (54) & quamprimum eis Exemptos ipsos delinquisse (55) legitime constiterit (56) ita eosdem Exemptos delinquentes puniant (57) quod iudicem Exempti metu pœnæ à suis arceantur insolentiis (58) & alii eorum Exempto perterriti profilire ad simila merito perhorescant.

SCHOLIUM.